

non veniunt subditi: receduntque venientes, cupientes esse Superiorum superiores. Veniunt à se lactati: cum exultatione. Vident prædes studere integritati: & sine exultatione venientes fugiunt, præfentes absunt; quippequam non placet subditis improbis, vivere Superiores iuxta leges.

TAUTOLOGIA DECIMA.

Tempus plantandi, & tempus evellendi quod plantatum est. Fol. 653.

UUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. Tempus evellendi quod plantatum est. Datur evulsio sine plantatione, ubi species virtutis quarritur tantum specie. Virtus in statu Monachorum nobile germen. Si peccatus haudquaquam dicitur in virtutem; extra eius perfectionis propositum, germen evulsium, quod non plantatum: equidem quod ad speciem tantummodo floruit, priusquam evelleretur exaruit.
2. Tempus evellendi quod plantatum est. Opposita exponuntur, ut conciliantur in animo: plantatio scilicet, & evulsio: in amantem virtutis, & exitium corruptionis: igitur vitium evellitur, ubi supplicium in medicina plantatur.
3. Tempus evellendi quod plantatum est. Exigit hostilitas ab inimicorum agro spiritus evellere gratias. In huiusmodi facinus numquam debet esse tempus: quando quidem crescit splendor gratiarum, & benefactoris meritum; si quod semel plantatum, numquam evulsium.
4. Tempus evellendi quod plantatum est. Terribilis sanè peccatoribus vox, quorum impius, pravus animus, cæcè arbitrat, numquam adventurum tempus: etenim evellet iurè iustitia, quæ in eriminum penitentiam plantavit misericordia.
5. Tempus evellendi quod plantatum est. A radice phantasiæ lex, ex plantatione iniuriæ oritur fructus; nempe, studium capæ, vel capiendæ ulcioni. Ex offensa excandescit. Datur in vindictam tempus, datur oportunum munus. Erit tunc? Tunc est tempus evellendi, quod plantatum est: etenim studium vindictæ in adepta dignitate, evellendum è radice.
6. Tempus evellendi quod plantatum est. O homo! Satiis tempus ante tempus; ut mors sit vitalis; memoria tantum, & non entitate mortis: igitur si vita mortem meditatione concepit; ipsa antequam evellatur, vicijs omnibus exaruit.

DIDASCALARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. Conversatio secularis Monacho peccati. Fol. 672.

DIDASC. 2. Vulnerum visitorum medicamina infirmitate. Fol. 678.

DIDASC. 3. Minime aleganda gratia est interveniat iniuria. Fol. 683.

DIDASC. 4. Blanda nil savius iræ. Fol. 690.

DIDASC. 5. Iniuria facilius fertur; quam inferatur. Fol. 696.

DIDASC. 8. Egregia res est, mortem condiscere. Fol. 703.



TAUTOLOGIA PRIMA.

HOMO NATUS DE MULIERE. Iob. 14. vers. 1.

EXPOSITIO LITTERÆ.



DIDICIT sententiam Iobus ex his quæ passis, clarens insigni virtute, ipsa conditione fragilitatis teste, & comite. Laudibus effert Chrysofostomus in Homil. de Iobo, certamina encomijs ac translatione digna; quod sequitur Sanctius & Pined. Prefat. in Iob. sed præstat exhibere Stoicum, Deo similem virum fortem studiosè plaudentem; ut iurè placdat, quem in plausum tantum fixerat, libel. de Pro. vid. ac de Constant. sapientis, quem Dialogi de Fortitudin. imitatus est Petrarcha. Ex quo ergo (inquit Senec. Epist. 120.) virtutem intelleximus? Ostendit illam nobis ordo eius & decor & constantia, & omnium inter se actionum concordia, & magnitudo super omnia efferens sese. Hinc intellecta est illa beata vita, secundo destuens cursu, arbitrij sui tota. Numquam virille perfectus, adeptusque virtutem, fortuna maledixit: numquam accidentia tristis excepit: se militem credens, labores velut imperator subiit. Quicquid inciderat, non tamquam malum aspernatus est, & in se casu delatum; sed quasi delegatum sibi. Hoc qualecumque est, inquit, meum est: asperum est, durum est, in ipsum navemus operam. Necessariè itaque magnus apparuit, qui numquam malis ingemuit, numquam de fato suo quæstus est: fecit multis intellectum sui; & non aliter quam in tenebris lumen effulsit: advertitque in se omnium animos; cum esset placidus & lenis, & humanis divini que rebus pariter æquus. Habebat perfectum animum, ad summam sui adductus, supra quam nihil est, nisi mens Dei, ex qua pars & in hoc peccatus mortale defluxit; quod numquam magis divinum est, quam ubi mortalitatem suam cogitat, & scit in hoc natum hominem, ut vitæ defungeretur: nec domum esse hoc corpus, sed hospitium & hoc breve quod relinquendum est, ubi te gravem esse hospiti videas. Non videmus, quam multa nos incommoda exagitant, quam male nobis conveniat hoc corpus? Hæc insignia virtutis & summæ; sed quod in homine magnoperè commendabile, quippe Natus de muliere.

2. Perfectè namque virtus floret, si à principio agente ad agendum virtus deficit. Speciosus nascitur, quia sic moritur. Nihil vir sine virtute; sed pravelet, dum valet ex ipsa fragilitate: igitur sese obijcit virilitate hominem, etiam adversus originem. Homo natus de muliere. Fortis (fortuna lava urgente tot volvere casus, tot subire labores, insignem pietate virum) cum esset vir; quasi non eiset, se dixit hominem, ut exprimeret in ardua fertilitate, uti à ventre matris vulneratam virtutem. Homo natus

Lau Iob.

Qui & quid vir for.

Seneca

Mulier pro fragilitate

natus de muliere. Quid vir, si non a virtutis constantia, sed a femina; ex qua nulla in fortia roboris speciositas, sed futilis casta despicienda fragilitas?

Sophocl.

O fili! ne matris nomen veneris amplius. Mulier femina existens, & non viri natura.

Uti ait Hercules apud Sophocl. in Trachin. a v. 1083. Homines sunt mortales (habemus Theaurum in vasis fictilibus) fragiles, infirmi, lutea vasa portantes, que facunt invicem angustias. Nunc de ventre, nunc de capite, nunc de pectore aut faucibus querimur: alius nervi nos, alius pedes vexant: nunc deieccio, nunc deffiliatio. Aliquando (subdit Stoicus, d.) superest sanguis, aliquando deest: hinc atque illinc tentamur. Luculenter Hippocrates: Totus homo (infit Epist. ad Damaget.) ex natiuitate morbus est: ex materni enim uteri inquinamento talis prodit. Fragilis vir a viro, quippe homo: quid, Dij boni, ex femina natus! Utique ipsa fragilitas & inanitas: igitur non habet matrem fragilis conditionis; sed pro genitrice ipsam fragilitatem. Appositè Homer. 20. Iliad. v. 295.

Senec.

Hippocr.

Homer.

Nati sunt filij de feminis mortalibus.

Quid in se habebit fortitudinis (ait in præfationum Gregor. Magn. lib. 11. cap. ult.) quod natus de infirmitate?

Ibid.

Vita humana brevis.

Plaut.

Et si per vivo usque ad summam ætatem, Tamen breve spatium est.

In quo homo imbecillitatis speculum, temporis spoliium, fortunæ lusus, inconstantia imago, ac scopus totius volubilitatis. Non est vita dicenda, sed mors (ait Augustinus, Medit. cap. 21.) in qua momentis singulis morimur. Numquid ergo hoc quod vivimus dicere possumus vitam? Vitam quam humores tumidant, dolores extenuant, ardores excruciant, aer morbidat, esse instant, ieiunia macerant, loci dissolvunt, tristitia consumunt, sollicitudo coarctat, securitas habet, inventus extollit, senectus incurvat, infirmitas frangit, & moros deprimit? His malis omnibus mors furibunda succedit, simulque misera vite ita finem imponit; ut cum esse desierit, non fuisse putetur. Mors ista vitalis, & vita mortalis. Floridè vel ethnicus. Principium iure tributur hominis (infit Plin. in Procem. lib. 7.) cuius causâ videtur cuncta alia genuisse natura, magna & sævâ mercede contra tanta sua munera; ut non sit satis estimare, parens melior homini, an tristior noverca fuerit. Causas subnectit, subditque: Felicitèr natus iacet, manibus pedibusque devinctis, stens animal cæteris imperaturus; & a supplicij vitam auspicatur, unam tantum ob culpam, quia natum est. Breviter, non aliud natura sponte, quam fieri. Itaque multi exitere, qui non nati optimam conferent, aut quam occisimè aboleri. Hec sententia fuit Euripidis (de qua Plutarch. in Consol. Apollonij) quem ridet Epicurus dicens, Cur non statim a vita discessit, si talis sententia arrisit? Vid. Dalecamp. hic, & Aufon. Edyl. 15. aliis, 7. Hanc sortem Albani dumtaxat nascuntur, de quibus Plin. d. cap. 2. Octavum vitæ annum non excedere.

Idem

4 Qui natus de muliere, repletur miseris. In brevitate ergo vitæ, non molestia, sed subsidium. Habet enim homo solatium, quia in miseris non subsistet, si vitæ brevis. Vita non vitæ sed calamitas, succinit Euripides, in Alce. v. 802. & in Tauric. v. 870. Querenti de ærumnis de ærumnis Marcie, responder Stoicus, cap. 11. ad eius consolationem: Que ista tua publicæ conditionis oblivio est? Mortalis nata es, mortales peperisti: putre ipsa fluidumque corpus, & casibus morbisque vexata, sperasti tam imbecilla materia solida & æterna gestasse? Nescie te. Quæ homini non molesta, si subsidia lethalia: In miseria vita humana, fluida & longa; quia pœna angustatur ad vitam, & ipsa velocitate dilatatur quoad miseriam. Aurea videris apud Chrysolomum Homil. 1. Epist. ad Hebr. & per te cogita quam misera vita. Si subtiliter consideretur omne quod hic agitur, pœna & miseria est: ipsi etenim corruptioni carnis servire ad necessaria atque concessa, miseria est: ut contra frigus vestimenta, contra famem

Vnde & qui

mem alimenta; contra æstum frigora requirantur: quod multa cautela custoditur salus corporis, quod etiam custodita amittitur, amissa cum gravi labore reparatur; & tandem reparata in dubio semper est; quid hoc aliud, quæ mortalitas vitæ miseria? Hæc quoad corpus subdit Gregor. in testimonium nostræ Tautologia, cap. 26. & addit quod animi & animæ curas: Amamus amicos, suspecti ne offendi valeant: formidamus inimicos, atque securi de eis non sumus utique, quos formidamus: quod plerumque inimicis sic confidenter quasi amicis loquimur: & nonnunquam plura verba proximorum, & multum nos feriasse diligentium, quasi verba suscipimus inimicorum: & qui falli nunquam vel fallere volumus, ex cautela nostrâ gravius erramus. Quid itaque hoc nisi humane vitæ miseria est? Quod amissa cœlesti patriâ exilio delectatur, gravatur curis, & tamen cogitare dissimulat, quam grave sit, quia multa cogitantur. Quid privatus est interno lumine, & tamen in hac vitâ diu vult perpeti cecitatem suam; quid hoc aliud quam de pœna nostrâ nata miseria est? Sequitur argumentum fusi Ovid. 15. Metam. Fab. 3. Mantuan. Eclog. 5. v. 30. accinit:

Qui nescit, quid sit nostrum hoc, quod vivimus, audi; Transiit in mortem Herculeusque labor. Cor, niscura, nihil: caro nil, nisi triste cadaver. Nasci agrotare est, vivere sæpe mori.

Grego Magni

Mantuan

5 Hinc vel ethnici Mexicani recens natos in templum portabant infantes, ubi sacrificij nescientibus prædicabant vitæ labores, ad quos nati, quippe nati. Viris tradebatur scutum & gladius: femellis colus & fufus; vulnerato sexu, quasi circumciderentur. Kircher. Tom. 3. Oedip. Copt. theatr. hieroglyph. cap. 4. & Solis in Mexico. biflor. lib. 3. a cap. 14. Hæc cogitatione apud Thracas, Edito puero, propinquum circumfidentes cum ploratione prosequuntur, ob ea mala quæ necesse est illi, quod vitam ingressus sit, perpeti; humanas omnes calamitates recensentes. Hominem autem fato functum, per lulum atque lætitiæ terra demandant, referentes quot malis liberatus in omni sit felicitate. Ita Herodot. lib. 5. cap. 2. Solin. cap. 15. & Valer. Max. lib. 2. cap. 6. n. 12. Plin. lib. 7. cap. 50. Incertum ac fragile (Inquit) hoc munus naturæ: ma lignum verò & breve etiam in istis quibus largissimè contingit, univèrsam utique avi tempus intuentibus. Nec reparantur infantia anni, qui sensu carent; non senectia in pœnam vivacis. Tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot cura toties invocata morte, ut nullum frequentius sit votum. Natura verò nihil hominibus brevitate vite præstitit melius. Ravif. Textor, Epigram. 10.

Mexi- canorum & Thracum in hominis nati- vitate. Herodot.

Plin.

Augustin.

Et miseri- ma.

Plin.

Idem

Vana salus hominis, vanus decus, omnia vana: Inter vana nihil vanius est homine.

Ravif.

Adi Aliq. lib. 8. Var. biflor. cap. 14. Plutarch. de Pietat. erga fratres, n. 3. Senec. ad Polyb. cap. 23. & Lucret. lib. 5. a v. 224.

6 Brevitas vitæ vel in ipso decore magis exprimitur a Iobo, dum decus & eius fugam demonstrat in flore vernante. Quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velat umbra. Manè flos et tranfit, vespere ariditate decidit. Etiam manè rosæ speciosa fragilitas; quid mirum, vespere consensisse Rosas? Non semper lilia florent. Pulvis & umbra sumus. Hinc pulvis & motibus umbra: dicit Arator, in Act. Apostol. lib. 1. v. 483. & Ravif. d.

Decor homi- nis fugax.

Aratore

Dum magis alludit presentis gloria vitæ; Præterit imò fugit: non fugit, imò perit.

Ravif.

Signavit articulum Græcia, pingens florem cum triplici stolone inter duo crura, uti observat Hubert Golzeus in Ins. Græc. Tabul. 4. Peritiores viderint, subdit, quid sibi velit. Haud necessaria peritia: flos enim homo cum brevissima vita, quia natus è femina. Virgil. 3. Georg. a v. 66. ex quo Erafm. Obliad. 3. Cent. 9. n. 43.

Virgile

Optima quaque dies miseris mortalibus evi Prima fugit: subeunt morbi, tristisque senectus Et labor & dura rapit inclementia mortis.

Micabit ne aliquando læta dies? In cælo. Quid si in terra felix micet: Namquam in eodem statu permanet. Mutatur in horas.

Senec.

Nalla fors longa est; dolor ac voluptas Invicem cedunt: brevior voluptas.

Modulatur Seneca in Thyest. v. 595. & de Brevit. Vit. cap. 10. Nec magis mram pa- titur, quam mandus aut sidera, quorum irrequieta semper agitatio. Namquam in Tom. VII. Taut.

eodem vestigio manet. Haud esset humanum, si haberet in aliquo aliquod stabilimentum. Menander in *Herul.* v. 703.

Menand.

Caput atque summa orationis est, Homo est. Modò surgit, modò cadit carius, atque crebrius.

Orbi volubili, ex instabilibus constanti, continuè versionis gratià & inordinatè; confert Ioann. Tzetza, *Chil.* 10. *Histor.* 341. Euripid. in *Orest.* v. 981. *Tota vita hominum instabilis.* Aristophan. in *Aves.* Act. 3. v. 77. *Homo (ait) avis instabilis volans sine signo: Nihil unquam in eodem manens.* Ovid. lib. 5. *Trist. Eleg.* 6. v. 27. *Nil homini certum est.* Hoc certum: unde Plin. lib. 2. cap. 7. *Singula (inquit) improvidam mortalitatem involvunt; solum ut inter ista certum sit, nihil esse certi.* Brevi hic Musa Melleà exponens metricè sententiam Iobi:

Natus homo fœda provida genitricis ab alvo,
Fœminè de sorde, brevi telluris ad aras
Tempore victurus, miser, arumnosus & eger,
Mille subit varios infandâ sorte labores.
Ille quidem veluti (quem ver proci amenum)
Flos oritur, celeri teritur veniente senectâ.
Sicut & umbra fugit semper mutabilis, illi
Numquàm idem status est rerum, vitæque caduca.

Mell. Sout.

7 Siccine fastus! Unde inflamur? Proh Superi! Quantum mortalia pectora cœcâ noctis habent!

Nihil homo, sed superbia plenus.
Umbrâ atque fumo vitâ existens,
Vanagloria ubique, at elatio quantacumque;
Nostrum unoquoque nequaquam cogitante,
Quod honores & estimationes & omnis splendor vitæ
Fiamus sunt, qui fatiscunt breviter.

Unde superbia est exposita arum nos

Tzetza.

Tzetza quò dudùm subdit. *Humunculi, quanti estis!* dicam cum Plauto in *Rudent.* Act. 1. scen. 2. v. 66.

Aldrov.

Humansum in terris nihil est, quod non sit humanum: Avolat hinc animus, cætera sorbet humus.

Finis ab origine pendet, & in pulverem revertitur pulvis, quia in morte apparet. Non ille gradus in quo defecimus, speciem facit, sed ostendit quid fuit, per quod homo est vel non est. Apposuit Ravifius Textor, quò supra:

Totus homo in pulverem pulvis.

Ravif.

Unde superbit homo, cuius conceptio culpa,
Nasci pœna, labor vitæ, necesse mori.
Post hominem vermis, post vermem sit cinis, heu!
Sic redit ad cinerem gloria nostra cinis.

Sumpsit ex Bernard. de *Cognition. hum. condition.* cap. 3. & Innocent. III. de *Miseria.* Sese cognoscere hominem, non inluit in arrogantiam & inflationem, sed in debilitatis cogitamen. *Quid est homo? Imbecillum corpus & fragile, nudum, suapte naturâ inerme, aliena opis indigens, ad omnem fortunam contumeliam proiecctum, ex infirmis fluidisque contextum, lineamentis exterioribus nitidum, frigidum, æstus, laboris impatiens, ipso rursus situ & otio iturum in tabem; alimenta metuens sua, quorum modo inopia, modò copia rumpitur, anxie sollicitaque tutela, precarij spiritus, soli semper sibi nutrimentum vitiosum & inutile: morbidum, putre, cassum, à fletu vitam auspicatum, in quantas cogitationes oblitum conditionis suæ venit!* Ita Stoicus, loc. cit. ad *Marciam.* Scit Dominus cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt, fidentium de virtute, qui nati de muliere.

Seacc.

8 Natus homo dicitur de muliere, idest, conceptus & formatus in illa, sordidusque ex illa natus. *Numquid potest homo apparere mundus, natus de muliere:* Iob, 25. 4. Hebr. *Fortis, validus.* Unde hinc mulier sumitur pro materia imbecillioris in hominis corpus, quæ dicitur *Caro & Sanguis*, Ioann. 1. 13. & Sapient. 7. 1. *In ventre matris figuratus sum caro.* Unde homo de muliere dicitur natus, quia ab illa non genitus, sed à patre in illa: etenim cum ab hoc sit semen, illa si in fœtum former, dum patris, patris reddi; sibi que sumit genitor tamquam fructum in propria hereditate: ut diximus, *Tom. 2. T. 2. Dr. 9. n. 5.* Sic enim usquequaque in Scriptura vitis dicitur de conjugibus: *Pariet tibi,* uti Gabriel Zacharia de Elisabeth: *Luc. 1. 13.* Non enim dicitur

Mulier pro carne

ait Iosepho de Maria; sed tantum, *Pariet filium:* non tibi, quia non à te: etenim ellò mater, mater virgo; à te inventa in utero habens de Spiritu-Sancto. Sic etiam medicatè illi dicitur: *Quod in ea natum est, de Spiritu-Sancto est.* In ea non solum conceptum, sicut in alijs; sed *natum*, quod nulli unquam venit aut veniet, quippe conceptus de Spiritu-Sancto, ac nullo modo de viro. Articulum & modum diximus, *Tom. 5. T. 3. n. 122. & 140.* Ad rem Vener. Beda, lib. 4. in *Luc.* cap. 46. *Factum (ait) ex muliere, quia conceptus ex utero virginali, carnem non de nihilo, non aliandè, sed materna traxit ex carne.* Aliæ fœminæ, quippe licet ex illis, in illis homo non natus; genitorum redunt, quod concipiunt, quippe non suum, tamen natum ex se, quoniam fœtum, sed non ois à patre genitum. *Patrem tuum qui genuit te.* De fœmina solum partus. *Matris, qua te edidit.* Plutarch. de *Bonolium. ex inimic.* & Plaut. in *Trucul.* Act. 4. scen. 3. v. 15. *Quid puero factum est, mea que peperit filia?*

Matth. 14 21.

Verf. 20: Nasci pro concipi.

Bed.

Prov. 23 22.

9 Homo à patre genitus, natus de muliere, ut excludatur delirium asserentium mutationem sexuum, quasi esset historia, quæ ab Ovidio conficta, ut mera fabula, uti comminiscitur de Iphide conversa in marem, lib. 9. *Metam.* Fab. 12. & de Cænidè in virum, lib. 12. *Fab. 4.*

Vota puer solvit, quæ fœmina voverat Iphi.

Plinius lib. 7. cap. 4. audacter alleverat, fœminas mutari in mares non esse fabulosum; probatque aliquibus exemplis: & ne deficeret in mendacium auctoritatum testimonium, sed vidisse astitit mutatam in marem in ipso die nuptiarum. Adhuc crescit figmentum: equidem Dalecampius, ne vinceretur à Plinio loc. cit. inter alia affinita refert, ita cuidam fœminæ accidisse, cum iam peperisset semel & quod etiam astitit Euseb. Nicremerg. lib. 2. de *Curios. Philosoph.* cap. 17. Hoc ludicrum, magis autem virum mutatam in fœminam, ut meo iudicio iocatur Aufonius *Epigram.* 68. ni patieè usurpetur, uti hic Elias Vinerus arbitratur.

Ovid.

Mutatio sexus numquam concipi.

Non satis antiquum, quod Campana in Benseveto Unus epheborum virgo repente fuit.

Dicendum ergo, numquam contigisse huiusmodi metamorphosin nec in viro, nec in fœmina; sed illos Hermaphroditos fuisse, & ad libitum vufos si, utroque sexu. Alia si desiderantur consulti Delr. 2. *Disq. Magic.* q. 22. Galxort. Martius de *Doctr. promissæ.* cap. 18. *Maiol. Tom. 1. Colloq. 3.* Schenk. lib. 4. de *Part. genit.* Pinæus, de *Not. virginis.* cap. 3. & Reyes-Franc. in *Camp. Elyf.* quæst. 57. & apud Aufon. loc. cit. invenies, de quibus finxit Antiquitas. Nullo ergo modo, ut respondeamus articulo Tautologie homo natus ex viro, sed ex muliere.

Aufon.

10 Nasci hic non significat apparere, quo sensu, Iob, 15. 7. dicitur: *Numquid primus homo tu natus es?* quippe apparitio in ventre genitricis sumitur pro infusione anime ex fœtus dispositione: unde uti de arcano non revelato, dicit mater Machabæorum, lib. 2. cap. 7. 22. *Nescio qualiter in utero apparuisti.* Hac enim metaphora præsentiam indicamus Solis. *Ortus est Sol.* Psalm. 103. 22. & alibi sæpe. Neque hic nasci pro crescere, uti Eccl. 4. 1. 12. *In maledictione nascimini.* Ioan. 4. 10. *Sub una nocte nata est:* & 1. Machab. 4. 38. *In atrijs virgulta nata.* Acceptio frequens apud Profanos. *Nascere Dardanio promissum nomen Iulo: Vera Deum soboles, nascere magne puer.* Martial. lib. 6. *Epigr.* 2. Virgil. 4. *Ecol.* à v. 8. *Tu modo nascenti puero casta sive Lucina:* & Propert. lib. 2. *Eleg.* 1. v. 16. *Maxima de nihilo nascitur historia.* Propriè hic nativitas hominis; qua de causa dicitur fœmina, quæ in lucem fœtum effundit, expressâ corruptione & fœtus mortalitate à principio producente; ut plodantur deliria illarum, quæ scortationes vel adulteria deaurabant nomine Divum: unde fixum olim aliquas fœminas plenas Deo, uti de Olympiade Alexandri genitricè (cuius embolium diximus in *Ephemer. 4. Ianuar.* & de alijs die 21. n. 6.) refert Iustin. lib. 11. de Alemena Herculis matre, latè Plautus in *Anphitruon.* de matre Scipionis Africani, Gell. lib. 7. cap. 1. & Valer. Maxim. lib. 1. cap. 2. n. 2. De Rheâ Romuli & Remi, Flor. lib. 1. cap. 1. & Elian. 7. *Var. histor.* cap. 16. De Atia Octaviani Augusti, Goltz in eius vita, alijque plures, relicti quæ usquequaque ab Homero in *Iliade*, & ab Ovidio in *Metamorphosion* fabulis narrantur. Cælum fœminæ fecerunt nocens, auctoratumque crimen, ut reliquæ eiusdem furfuris excusationem haberent, Dijs rivalibus fictis, ad excusandas excusationes in peccatis; quarum seges uberrima: unde Ovid. 2. *Trist.* eleg. unic. v. 290. de Iove fuccinit:

Quam multas matres fecerit ille Deus!

Ovid.

Idem

Idem erga homines de Deabus commentum; quia minime expertes insidiarum Cupidinis ipsa divinitate, cum essent feminae. Sic Thetis peperit ex Peleo (ut in Achilleid. refert Statius) & de Anichise Venus, uti ex multis refert Natal. Comes, 4. Mytholog. cap. 13. Rident etiam horum Numinum cultores. Plutarch. in Romul. inquit: *Stultum est, terram caelo velle miscere*: & Seneca, in Hercule furent. v. 446.

Senec.

Nondum liquet de patre: quid violas lovem? Mortale caelo non potest iungi genus.

11 Ut iungerent Dij sibi; etiam commentum, per ignem terreo corporum purgato, homines fieri indigites. Iupiter de Hercule apud Ovid. 9. Metamorph. fab. 44 inquit;

Ovidi

Nec nisi materna Vulcanum parte potentem Sentiet: aeternum est à me quod traxit, & expers Atque immune necis, nullaque domabile flammae: Idque ego defunctum terræ caelestibus oris Accipiam. Quodcumque fuit populabile flammâ, Muleribz abstulerat; nec cognoscenda remansit Herculis effigies, nec quisquam ab imagine ductum Matris habet, tantumque Iovis vestigia servat.

Immortalitas per ignem.

Idem Senec. in Octavo, à v. 1963. Sophocl. in Trach. fusc; quod etiam factum ut imâ mortalis evaderet Triptolemus, uti dixi, Tom. 3. T. 4. n. 3. & de Achille, Natal. Comes d. lib. 8. cap. 2. Hoc studium ut mortalitas à mortalibus excuteretur, quod ludicrum undique. Opportunè Numa, apud Plutarch. in eo, renuens imperium prædesse Romulo; cuius iam facta apothecosis, nomine Quirini. Romalun (inquit) Deorum prolem celebrant, divinitusque ei nutritionem, salutemque incredibili modâ allatam infanti, perhibent: me & ex hominibus natum, & ab hominibus educatum, haud vos clam est. Ita filij hominum, nati è sordibus feminarum. Quapropter ut mortalitas atque corruptio denotetur; dicit Plaut. in Prolog. Amphitr. v. 28. *Humana matre natus*. Non conditione, sed moribus excutit homo corruptionem, & induit immortalitatem. Christus natus est ex muliere, ut tu desineres filius esse matris: ait Chrysofom. Homil. 2. in Matth. & Augustin. 4. de Trinitat. cap. 17. *Quia ad aeterna capeffenda idonei non eramus, sordæque nos pregravabant; de propagine mortalitatis purgandi eramus*. Qui studet caelestibus natus de muliere, natus est quasi non natus. Cogitatio etiam Euripidis est, in Bacchis, v. 984.

Plutarch.

12 Natus ex muliere homo, quippe sicca naturalis generatio. Qui homo ab Adam: ab illo enim omne genus humanum. Aët. 17. 26. Masculum & feminam fecit Deus, & vocavit nomen eorum Adam. Unde calcatur, quod rancidi cogitarunt Philosophi, stulti facti in cogitationibus suis; nimirum homines factos ex glebis. Ovid. 15. Metam. fabul. 47. Ex lapidibus, idem lib. 1. fab. 7. & Lucret. 5. de Rer. natur. à v. 921. ex draconis dentibus. Ovid. ibid. lib. 3. fab. 1. Vide quæ diximus, Tom. 1. T. 4. n. 9. Hic notatur femina mulier propter concubitus bestialium virorum; quippe nati è bestijs plures & monstruosi & elegantes; de quo videndi Ulyss. Aldrovand. Schenk. & Licetus, de Monstris; Plutarch. in Paralcl. n. 31. & 32. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 84 Maiol. d. Collog. 7. alijque plures in Camp. Elyss. quaest. 47. Manil. 4. Astron. cap. 14 v. 108. de quo nos fusc Tom. 6. T. 10. à n. 18. De Satyris & Centauris, adi Geinera lib. 1. fol. 866. Natal. Comit. d. lib. 5. cap. 11. & 7. cap. 3. Nonnulli pro viribus alstruati, alij rident, ut Cicer. 1. de Natur. Deor. & etiam 1. Tuscul. qq. Lucret. lib. 4. à v. 7344 In somnis inquit.

Chrysof.

Christus natus est ex muliere, ut tu desineres filius esse matris: ait Chrysofom. Homil. 2. in Matth. & Augustin. 4. de Trinitat. cap. 17. Quia ad aeterna capeffenda idonei non eramus, sordæque nos pregravabant; de propagine mortalitatis purgandi eramus. Qui studet caelestibus natus de muliere, natus est quasi non natus. Cogitatio etiam Euripidis est, in Bacchis, v. 984.

Augustin.

Quis eum genuit? Non enim ex sanguine mulieris Natus est.

Euripid.

Bestiarum naturalis mulier, non bestia.

13 Homo natus de muliere: idest, de feminae utero, non ex ovo à muliere excluso, & quo post homo, uti nonnulli somniarunt de quibaldam feminis, quas Selenitides vocant, parientibus ova, ex quibus nascentes homines gigantem usque staturam excreverunt. Quis non achiogelus? Schenk Ravissius, & Aldrovand. d. cap. 1. fol. 36. Ova parere Selenitidas mulieres, indeque nascentes homines quinquies nobis ampliores; ex Heracleota refert Coelios Rhodigin. lib. 27. cap. 17. Profectò huiusmodi AA. facili fidei, vel proclives in mendata. An sic homines, sicut ex ovo Ledæ Helena, Castor & Pollux? Aridet Fulgentio 2. Mytholog. num. 17. vel ex binis ovis, ex quorum ovo Pollux & Helena, ex altero verò Clytemnestra, Caltorque; ut placer Natali Comit. d. lib. 2. cap. 1. & lib. 8. cap. 9. & alij? Vide Pomey in Pantheo Myssico, part. 6. & Lavin. Torrent. ad illud Horat. lib. 2. Satyr. 1. *Ovo prognatus eodem*. Ovum ex quo Helena è Luna delapsum, quia Lunares mulieres ova parere; ex quibus in terra gigantes; refert Rhodigin. d. & Dclr. in Senec. Troad. v. 862. Quæ magna, ex ovis facta delapsis è caelo, Pritici autumarunt: unde Vesperem ortam ex ovo caelestis demisso in Euphratem, comminiscitur Nigidius, & Germanic. Cæsar in Arati Phænom. num. 18. In Buphratem flumen de caelo ovum mire magnitudinis cascasse dicitur (inquit Hygin. fab. 197.) quos pisces ad ripam devolverunt, super quod columba considerant, & excalescunt excussisse Venere, qua possed Dea Syria est appellata. Vide de eius Numine Lucian. fusc.

Lucreti

Centaurus itaque, & Scyllarum membra videmus Cerberæaque canum facies, simulacraque eorum. Nam certè ex vivo Centauri non fit imago: Nulla fuit quoniam talis natura animalis.

Fabula de demonibus generis ab Adam. Lyra

Etiam in textu homo natus dicitur de muliere, ut excludantur opiniones Talmudicæ de factibus ex hominibus generis, natisque ex demonibus succubis; uti dicitur de Salomone apud Ierem. Drexel. in eo: pro illoque dum eictus est de Throno, Astrodizus, qui uti mater peperit, in eius figura regnaverit. Exponunt Hebraei de Adam primo homine (inquit Lyra in 2. Reg. 7. 14.) quod in centum tribus annis, quibus contulit

nuit se ab uxore sua Eva propter interfecionem Abel, demones succubi iungebantur ei, & concipiebant ab eo, & pariebant demones; & isti fuerant filij Adam, qui incitaverunt Salomonem ad peccandum, ut per hoc divisum fuerit regnum tempore filij sui. Refutat Abulensis ibid. quaest. 11. Idem asserunt Talmudista de centum primis annis fletus pro primo peccato, in quibus ex Liliti demone, livè Lamia habuit plures filios. Rab. Salom. qui impugnatur ab Elia Thsibite, refertque Kircher in Pantheon. Hebraeor. cap. 13. Hi ergo qui vocantur filij hominum, haud nati sunt de mulieribus.

13 Homo natus de muliere: idest, de feminae utero, non ex ovo à muliere excluso, & quo post homo, uti nonnulli somniarunt de quibaldam feminis, quas Selenitides vocant, parientibus ova, ex quibus nascentes homines gigantem usque staturam excreverunt. Quis non achiogelus? Schenk Ravissius, & Aldrovand. d. cap. 1. fol. 36. Ova parere Selenitidas mulieres, indeque nascentes homines quinquies nobis ampliores; ex Heracleota refert Coelios Rhodigin. lib. 27. cap. 17. Profectò huiusmodi AA. facili fidei, vel proclives in mendata. An sic homines, sicut ex ovo Ledæ Helena, Castor & Pollux? Aridet Fulgentio 2. Mytholog. num. 17. vel ex binis ovis, ex quorum ovo Pollux & Helena, ex altero verò Clytemnestra, Caltorque; ut placer Natali Comit. d. lib. 2. cap. 1. & lib. 8. cap. 9. & alij? Vide Pomey in Pantheo Myssico, part. 6. & Lavin. Torrent. ad illud Horat. lib. 2. Satyr. 1. *Ovo prognatus eodem*. Ovum ex quo Helena è Luna delapsum, quia Lunares mulieres ova parere; ex quibus in terra gigantes; refert Rhodigin. d. & Dclr. in Senec. Troad. v. 862. Quæ magna, ex ovis facta delapsis è caelo, Pritici autumarunt: unde Vesperem ortam ex ovo caelestis demisso in Euphratem, comminiscitur Nigidius, & Germanic. Cæsar in Arati Phænom. num. 18. In Buphratem flumen de caelo ovum mire magnitudinis cascasse dicitur (inquit Hygin. fab. 197.) quos pisces ad ripam devolverunt, super quod columba considerant, & excalescunt excussisse Venere, qua possed Dea Syria est appellata. Vide de eius Numine Lucian. fusc.

Homines ex ovo exclusi.

Ccel. Rhodig.

Ova Luna.

Ex ovo Pærus. Hygin.

Totum ludicrum.

Theophil. Boet. Utroque infemum.

14 Isthæc, quia vel à referentibus tamquam fabulæ habita, haud agrè tolerantur; at quia delirantur Prisci, sana Philosophiæ doctrina relicta, converti ad Fabulas; intolerabile prorsum: etenim humanas feminas Spagirici faciunt gallinas, ducti vanitate vulgari, ut feminae vel in gynæceo loquantur philosophiam, tractantes lanam. Huiusmodi Physici idem dicunt quod Peripatetici; verum vocibus indicunt differentiam, effucientes ineptis quasi novam philosophiam. Quare quod olim à Medicis & Anatomicis dicuntur *Vasa semen deferentia*, ut videlicet apud Andr. Vesalium, 5. de Fabric. corpor. human. cap. 15. *Ductus caei* (Spigelius lib. 8. cap. 22.) quasi novum neotericis dicunt *Tubam, proboscidem, & ovarium*. Non est patientia. Audi quid novi asserat Theophil. Bonet in Sepulchret. Anatom. lib. 3. sect. 37. observat 4. & ride. *Accipies* (inquit) *modum, quem quidem nos partim ex lectione, partim proprijs quoque observationibus animo concepimus* (apertius, phantasia sine ireno somniavimus) *semen virilo non solum irrigat uteri fundum; sed & pars ipsius spiritalis; sive avarseminalis per Vas deferens, sive Ductum brevem, ad Ovarium usque penetrat, adeoque ovum ceteris maturius, ac magis dispositum ac porosum virtute sua fecundat. Instans nescit inde velut per modum inflammationis ovum, rubescit, & distenditur tubæ, suamque proboscidem ad ovarium, digitis quasi arcibus amplectendo, contorquet. Labentibus tribus aut quatuor diebus, ovum illud adeo crescit, ut ovarium suum ad exclusionem stimulet. Rubeoebis vidit illum Ovarij locum, quo ovum olim federat, post exclusionem densa spongiositate, villisque rubicundis obsessum. Hac per abscissum quasi facta exclusio, sive translatio ovi ex Ovario in Tubam, & hinc in uterum; proculdubio genuina ratio est nausæe aut vomitus, qui sub initium conceptionis accidere foemellis consuevit. Porro verò ubi ovum à proboscide tubæ exceptum est, facillior omnino & innocuus delapsus in uteri cavitatem: quod si forte tamen in medio tubæ ovum bareat; non sine matris misera exitio contingit. Aiu mi homo! Eugeppæ de inventione. Satis ineptiarum Verum ingratulemur nobis de immortalitate: etenim si à femina contrahitur corruptionis conditio; è muliere nati, non nati de muliere sed ab ovo.*

15 Ergo in feria. Homo natus de muliere. Sanè uti videmus; sed in signum mysteriorum altissimi: igitur si homo ex homine genitus, & de femina corrupta natus; futurus erit, qui genitus & natus ex sola femina virgine. Ubi Vulgatus, Genes. 49. 10. Non

alt.

Genes. 49: 10. Maria singulariter Mater virginis.

ausferetur sceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus est: Hebr. & Maluend. legunt: Donec veniat secunda: donec veniat secundina. Alludit Secunda ad fecundam primam. Sicut Adam dicitur primus homo, & Christus novissimus Adam; ita Virgo mater Maria dicitur secunda femina, quippe Eva prima; sed in eodem sexu, & hominis pariter, discreto summo novo singulari prodigio: etenim si prima corrupta ex viro peperit, quos natos habuit; secunda intemerata sine integritatis corruptione virgo paritura, qui mittendus erat: & in plenitudine temporis misit Deus filium suum factum ex sola muliere. Casimirus Polonus conferens utramque accinit:

S. Casimir.

Trophaea Virginis puerpera, Quae inflictum maledictum Miro transfert germine.

In comprobationem promissionis, Ecce virgo concipiet & pariet filium: Isai. 7. 14. Solz femina circumdabis virum. Ierem. 31. 22. Vid. n. 8.

Theoph. Raynaud.

Seque, suumque suspens genitrix virguncula partum, Nulli marito debitum.

Maluend.

16 Eundem sensum habet Secundina, in offensionem miraculi. Unde Maluend. hic inquit: Donec veniat secundina eius, metonymice continens pro contento: id est, filius eius. Nec sine mysterio hoc nomine insignit Vates Christum; quod is solus secundina Virginis, non alio opere viri nasciturus erat: q. d. nihil viri, sed solum secundae mulieris in hoc partu intercessere. Donec veniat filius eius, factus eius: Hoc est, huiusce feminae. Icirco serpenti dictum, Genes. 3. 15. Inimicitias ponam inter te & mulierem: & semen tuum & semen illius. Christus antonomastice semen dicitur mulieris (non alius homo, quippe ex femine viri) quia ex sola ex femina virgine natus. Vid. dict. Tom. 5. T. 3. n. 7. & T. 11. n. 48. Vel Ethnici nescientes profereunt. Ovid, ut alibi dixi, lib. 15. Metam. fab. 51. Prolem sancta de virgine natum. Manil. 4. Astron. cap. 1. v. 202. Mirum in virgine partus. Sophocl. in Electr. v. 1162. Prae voluptate mater non mater. Mater scilicet, quia secunda: non mater, quia minime fecundata; sed virgo mater permansit, quippe non de viro, sed virtute Sancti Spiritus concepit: unde factus filius hominis, de quo num. 21. id est, filius Virginis. In Vulgato non est distinctionis nota, sed in Graeco mitat, ut in communi ceteris titulo, ab illis distinguatur, vel oppositione separaretur. Christus enim absolute non dicitur filius hominis, sed filius illius hominis: To Antropus. Si inquirat, cuius, vel cuius? Respondetur: solius Virginis: nempe feminae, quae illum sine viro concepit. Femina homo est, ut diximus. Masculum & feminam fecit eos, & vocavit nomen eorum Adam: Hoc est, homo. Sub hoc velamine ambiguitatis, sed dicit Saluator filium filius Virginis, nec clarius; quoniam tunc non opportunum patefacere, sed dumtaxat insinuare mysterium. Ludicrum arbitror quod cogitat Imperfectus, Homil. 27. in Matth. ad illud: Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista: voluntarium est enim. Considera, non dixit: Inter natos de mulieribus, sed inter natos mulierum. Aliud est, esse natum mulieris; & aliud est, esse natum de muliere. Qui mulieris natus est, in muliere quidem natus est, & initium de muliere habet, & ante mulierem non fuit. Qui autem de muliere natus est; neque in muliere natus est. Ecce enim Christus de muliere quidem natus est: mulieris natus hic, & in muliere natus, qui ante mulierem erat. Ergo qui mulieris natus est, de muliere nascitur: non tamen omnino qui de muliere nascitur, mulieris natus est. Quorsum huiusmodi embolismus? Modò affirmat, modò negat, & est falsum quod affirmat: siquidem de Christo, qui ante Virginem, utpote filio Dei, dicitur: Quod in ea natus est. Matth. 1. 20. Factus homo ex muliere, & propriè de muliere & mulieris natus est, quia ex illa sola in similitudinem hominum factus.

Christus homo ex sola matre.

Genes. 5. 2

17 Quia homo ab homine (viro & femina) sunt variae in Scriptura phrasae, tautologias efficientes, supposita materia, ex qua necessariò constituta, ut saepe alibi. At quia aliquid in illis & magnum later, ne lateat lecturos, Scripturae studiosos; operae pretium erit, horum arcanorum aperire signacula, & exponere tautologias principali affines, ne praetermittantur ob duritiam corticis: scilicet, quid in sacris literis denotet Filius hominis, Filij hominum, Filius patris, Filia matris, Filia feminae, & alia similia: verum antequam singillatim deliceatur; sciendum est, has voces Filius & Filia metaphorice sumi, signarique id cui iunguntur, ita ut casus patris

Acceptiones variae vocis Filius.

sit ex usu linguae sacrae nominativus. Filius hominis, homo: Filius Olei, Isai. 5. 1. oleum: Filius Orientis, Ierem. 49. 20. Orientalis: Filij castorum, 2. Esdr. 12. 18. cantores: Filij Prophetarum, prophetae: Filij excusorum, in exilium excusati. Aliquando casus patris, cui iungitur Filius, pro adiectivo usurpatur. Filius iniquitatis, Psal. 88. 23, pro iniquus. Filius dilectionis, Coloss. 1. 3. id est, dilectus. Filij captivitatis, Daniel. 6. 13, hoc est, captivi. Filij deliciarum, Mich. 1. 16. nempe deliciofi. Constat ex Hebr. 1. Reg. 9. 1. Fortis robore; legitur: Filius roboris. Idem, 1. Paralip. 9. 13. Fortissimi robore: & lib. 2. cap. 26. 27. Viri fortissimi. Interdum accipitur adiectum voci Filius, pro premio, aut praemia, quo iam operatis digna, & iure ferenda & inferenda. Filius mortis, 1. Reg. 20. 31. 2. Reg. 12. 5. scilicet, dignus morte. Filius gehenna, Matth. 23. 15. Filius perditionis, Ioann. 17. 12. Filij irae, Ephes. 2. 3. pura digni ira, perditione, gehenna. Idiostismus observatur in Hebr. & Vulgato reddidit per vocem dignus. Deuter. 25. 2. Sin dignum viderint plagis: Hebr. Filius verberum. Etiam circa idem utitur phrase Vulgat. Luc. 10. 6. Si fuerit ibi filius pacis: & Matth. 10. 13. Si fuerit domus illa digna, pax vestra veniet super eam. De Filia; infra à num. 35.

18 Filius hominis sumitur à Clement. Alexandrin. 1. Pädagog. cap. 5. pro puello, aut puellulo. Isai. 9. 6. Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Frequenter usurpatur eo sensu, quo natus dicitur de muliere: nimirum, filius corruptionis, & fragilitatis, signentum ex animato Iuro; ut homo se cognoscat, & ne tumescat, igitur in se continet mortificum conditionem. Quapropter nonnulli autumant Ezechielem & Danielem filios hominis dictos, ne visonibus miris, ac à Deo revelationibus caelestibus illustrati superbirent, cum debilis misera naturae conditio obijceretur adversus vanitatem. Ita Hieronym. & Theodoret. loc. cit. Daniel. Unde conditionem terrenam signans Alector N. se filium hominis dicit: de quo num. 21. Stephanus, non filium Dei, uti erat, sed filium hominis videre testatur stantem à dextris Dei: Act. 7. 56. ut pungeret usque in praecordia audientes perduelliones; ut seirent, etsi rumpentur, stare ita maiestate in gloria caeli, quem in terris iudicarent tantummodo filium hominis. Ita Maxim. Hom. 1. de Sancti. Quare filius hominis accipitur hoc sine sensu pro infirma imbecilli humane naturae conditione, quasi ad cuncta egregia invalida sine Numinis gratia, absque ullo fulcro & subsistentia.

19 Hinc si aliquid praclarum ac illustre in homine, cuius virtus per excellentiam praecellat conditionem; non dicitur filius hominis, sed Vir aut homo. De Ioanne dicitur, Ioann. 1. 6. Fuit homo: de Ioseph, Natus est homo, Arab. & Septuag. Natus est vir. Homo & homo natus: homo per humanam conditionem, qua filius hominis; & homo propter insignia excedentia conditionem excellentiae naturalis. Syr. Nulla mater Iosepho similem peperit. Virtus ultra praecleara quae invenitur in homine. Unde qui ita praestant, dicuntur cecidisse de caelo, vel à Deo missos, uti de Ioanne d. Fuit homo missus à Deo.

Haec quoque qui Deus videbatur inter viros, neque videbatur viri mortalis filius, sed Dei. Ait Homer. 24. Iliad. v. 257. Sophocl. in Trachin. v. 700. Neque illum (Herculem) mortalis natura hominem peperit. Theocrit. Edyl. 13. v. 14. Verè vir, Lucret. d. lib. 3. v. 1352. Genus omne virile. Virgil. 1. Aeneid. v. 331. Haud tibi vultus

Mortalis, nec vox hominem sonat. Apparet contextu cur Ioseph natus est homo. Princeps natus est fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentum populi. Princeps fratrum, ut esset primus, qui natus posterior. Pingit vel fictione Plin. lib. 7. cap. 2. Gigni quosdam (ait) glaucia oculorum acie, à pueritia statim canos, qui noctu, plusquam interdiu cernant. Omnes filij hominum nati, sed non omnes filij hominum homines. Sunt primò infantes, pueri, iuvenes, in quibus imperfecta ratio, praerit aetati constitutio: sed Ioseph natus est homo. Non rexit aetas, sed morum probitas.

Nascuntur autem & iuvenibus inter viros cani, Etiam praeter aetatis iustum tempus. Dicit Pindarus, in Olymp. Od. 4. v. 42. Non est positum bonum vita in spatio eius, sed in usu: inquit Stoic. Epist. 49. Vixit in Iosepho praestantissima ratio vel à principio: ad regiminis namque formam, non habuit iudicium ullam infantiam. Periculosa in Tom. VII. Taut., B prin.

Quid sit filius hominis

Ezechiel. 2. & Daniel. 8. 27.

Pro conditioe filij, & inconstanti.

Ecl. 49. 17.

Homerus

Virgil.

At regimè non aetas filij hominis

Pindarus

Seneca

principat moderatorem parvuli ætas. Ecl. 10. 16. At ut Iosephi in tota Ægypto floretet dotibus dominatio, in stuporem hominum natus est homo. Factus est homo, ut præsit. Aliò intentus Claudian. de 4. Honorij Consulatu. v. 153.

Claudian.

— Vitam contulit idem Imperiumque dies: inter cubacula Consul.

Natus ergo Ioseph homo, quippe in ætate supra ætatem ratio.

20 Haud extra chorum huiusmodi expositiones à nobis cogitare; sed quia extra litteram, vel ultra, non genuina. Huiusmodi stylus frequens in linguis Orientalibus, amplificationis sententiæ proposito, diversis vocibus æquivalentibus; quæ figura inter Latinos dicitur Hendiadys, cum unum idemque dividitur in duo. Thren. 5. 11. *Mulieres in Sion humiliaverunt, & virgines in civitatibus Iuda.* Genes. 49. 7. *Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum quia dura: dividam eos in Labcob, & dispergam eos in Israël.* Apud Profanos obvium schema. Virgil. 3. *Aneid.* v. 444. *Folijque notas & nomina mandat.* Senec. in *Thebsid.* v. 656. *Regis & Magni.* Horat. 1. *Epist.* 14. v. 8. *Mens animusque fert.* Etiam Dracon. de Oper. sex die. v. 3. *Lux noctis limes & umbris.* His sacris profanisque testimonijs, quibus unum discretæ voce in duo dividitur; patet hominem & filium hominis pro eodem usurpari: elucetque Psalm. 8. 5. ubi: *Quid est homo, quoddam memor es eius; aut filius hominis, quoniam reputas eum?* Numer. 23. 19. *Non est Deus quasi homo; nec ut filius hominis, ut nuntetur.* Hinc quam vocat David *Reginam*, post dicit *Filiam Regis*: Psalm. 44. 10. 14. Iungit quoque Crucius hic.

Hendiadys.

At Regina tibi vinclo sociata iugali
Dextera eris, flavos auri diademate crines.
En formosa tamen procedit filia Regis.

Cruc.

21 Aliter acceptio huiusce periodi, ubi de Christo fit sermo. Filium hominis se dicit, & sæpe semel à Stephano, ut vidimus, n. 18. Assertorem N. sic vocatum arbitratr Lorin. in *Psalm.* 81. 6. non quia ex Adamo fuerit; sed quia innocens, ut ille quando formatus est, licet infinite perfectior, ac solus mereatur dici filius talis hominis: id est, quales nascerentur, nil ille peccaret. Nazianzen. Orat. 4. *Theolog.* aluit filium hominis dici, quasi filius Adami; ut ostenderet, patrem hominem non habere, sed per Virginem ex Adamo genus trahere: ut diximus, n. 8. & 15. Verus homo, quia Verbum caro factum; & caro ex Adamo per matrem: *Alioquin nec filius hominis diceretur, qui originem non haberet ex homine.* Beda, d. *Hinc Filius hominis*, ut licet filius Dei, crederetur verus homo, formam servi qui acceperat in similitudinem hominum factus: quod quidem haud facile credebatur, tametsi habitu inventus ut homo; cum multi post eius corpus phantasticum dixerint, in quos Augustin. *Hæres.* 11. Irenæus, *lib.* 1. cap. 5. & Alphos. à Castro *lib.* 4. *Advers. hæres.* v. *Christus.* Hæc enim singulari appellatione Christus intendit distinguere naturam humanam à divina, quam etiam habebat; ut rectè cogitat Augustin. *Tract.* 25. in *Ioann.* Incarnationem itaque insinat, uti summum miraculum, cæterorum originem: quod claret, dum interrogavit discipulos, *Quem dicunt homines esse filium hominis?* Matth. 16. 13. Certè *filium hominis* (ait Hilar. in *Matth.* Canon. 16.) *contemplatio corporis præferebat: sed addendo, Quem me esse dicunt; significavit, præter id quod in se videbatur, esse aliud sentiendum. Maiestas divinitatis occulta etiam in humana facie relucebat:* inquit Hieronym. in *Matth.* 9. *Unus enim erat & idem, Dominus gloria; quia natura & veritate filius hominis: id est, homo factus est:* subdit Damascen. *lib.* 3. de *Fid. orthodox.* cap. 3. *Filius hominis* non erat nomen proprium Christi: tantum erat signum portenti dignationis, charitatis, & gratiæ; eò quod filius Dei unigenitus pro hominibus dignatus est fieri hominis filius. Hac enim summa erga nos gratia illum fratrem habemus. *Matth.* 28. 10. *Ioann.* 20. 17. *Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare.* Hebr. 2. 11. Sic ergo primogenitus in multis fratribus: quam quidem prærogativam, et nobilioris conditionis, non habet Angelus: etenim filij sanè Dei, sed non eo iure quo nos: igitur homines cognationem & similitudinem habemus cum naturali filio Dei; qui Angelos non apprehendit, sed semen Abrahe.

Cur Christus dicitur filius hominis

Beda:

Hilar:

Hieronym

Damascen. Quanta bona in incarnatione filij Dei

22 Altiora rimor in præfenti arcano. Dicitur itaque Christus filius hominis, ut signanter demonstret non solum dignationem suam; sed patris ætimum amorem: qui quidem cum mittre posset filium hominem in hunc mundum, decrevit mittre in similitudinem carnis peccati. Haud filium statuit hominem, uti formavit Adamum; sed factum

actum ex muliere, ex qua sumpit carnem ex Adamo peccatricem. Rom. 8. 3. Unde cum ex huiusmodi conditione, quia mortalis, istius carnis focia mors; sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret in crucis mortem. Erat enim filius hominis, & filius Dei: & dum passioni exponitur, filius hominis vocatur; quia solum pati quibat secundum humanitatem, quam ex Adamo mortali sumpserat carne per Virginem. Modò intelligitur difficile testimonium, Ioann. 3. 13. *Nemo (dixit Nicodemus Christus, in cruce exaltandus) ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo. Filius hominis, qui est in caelo: & sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto; ita exaltari oportet filium hominis.* Perpende: *Filius hominis, qui est in caelo.* Quomodò in caelo, si de caelo descendit: Imò si est in caelo, videtur non descendisse. Claret huiusmodi hyperbato mysterium incarnationis vivacitate antithesis. Dum filius hominis dicitur filius Dei, non solum includit filiam Dei factum hominem (quod fieri poterat in caelo creatione humanitatis, à Verbo terminandæ) sed ita hominem factum, ut esset filius hominis ex homine primo per Virginem matrem. Ideo dicitur *Descendit*, quia mater, cuius filius, in terra erat: at quia exaltandus erat in ligno; ut pateret filius esse Dei, dum Nicodemus videbatur solus homo, addit: *Filius hominis, qui est in caelo.* Non enim deseruit sinum Patris, dum factus est *filius hominis*: etenim ita descendit de caelo filius hominis, ut tamen esset in caelo: quod quidem nulli, nisi Deo congruit. Doctor Gentium emphaticè subtili comparatione mysterium demonstrat. *Factus est (inquit) primus homo Adam in animam viventem: novissimus Adam in spiritum vivificantem.* Ut ad unguem responderet apodosis, seu collatio in utraque periodo, uti primo respondet novissimus; ita dicere congruebat: *Primus homo Adam, novissimus homo Adam: vel Primus homo, & novissimus homo.* Cur igitur de Christo tantum dicit *Adam*, ac de primo homine *homo Adam*? Clarius: Quare de Christo dicitur *dicit Homo*; & de Adamo *Homo homo*, dum hominem sonat *Adam*? In rem profectò & articulum incarnationis. *Adam homo & homo, quia purus homo, & nil aliud nisi homo. Christus non purus homo, sed homo-Deus: qua de causa non dicitur homo-homo, sed Theandros: igitur filius Dei, & filius hominis.* Filius Dei ex substantia Patris ante secula genitus: filius hominis ex substantia matris in seculo natus. Altipular tur auctoritas Vatis Regis, huiusmodi prodigium prophetantis. *Nunquid Sion* (dicitur est, unde Hebr. & Genebrard. *Sioni*) *dicit, homo & homo natus est in ea?* Nullo modo. *Sion Synagoga est.* Illi, cum venerit qui mittendus, Christus haud annuntiabitur *Homo & homo*; sed homo-Dens, homo & Dei filius, quia Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Ad rem Arabic. *O mater hominis! Homo natus est in ipsa.*

Non solum sumpit carnem sed mortalem. Ioan. 3. 13.

Hyperbato & Antithesis.

1. Cor. 15. 45.

Christus homo-Deus.

Psal. 86. 5.

Prov. 4. 3. Cur dicitur filius patris

Val. Mix:

D. Thom. Quot modis Deus dicitur pater creaturarum

23 Quia etiam Christus filius Dei, dicitur *Filius Patris*: necneque exponit Galatinus, *lib.* 2. *Arcanon.* cap. 5. illud Salomonis: *Ego filius sui patris mei.* Huiusmodi phrasid demonstrat consubstantialitatem filij & Patris; de quo late egimus. *Tom.* 5. *T.* 3. a n. 67. *Filius Patris, æqualis, similis genitori; quippe generatio substantialis in similitudinem nature.* Audiendus singularis entusiasmus Valerij Maximi, *lib.* 1. cap. 7. n. 2. in blandimen Iulij Cæsaris, & Octaviani Augusti, iam in album Numinum relatorum. *Non est opere, inter patrem & filium ullius rei comparationem fieri, præsertim divinitatis fastigio coniunctos.* Aptius & verè caderet, si de Patre cœlesti, filioque dixisset: etenim hic, vel cum esset filius hominis, protulit: *Ego & Pater unum sumus.* Ioann. 10. 30. *Diversis respectibus Deus gaudet nomine patris. Dicitur enim Deus alicuius creature pater* (inquit Doctor Angel. 1. p. q. 33. art. 3.) *propter similitudinem vestigiij tantum, utpotè irrationalium creaturarum; secundum illud Iob 38. 28. Quis est pluvia pater: vel quis genuit stillas roris? Alicuius verò creature, scilicet rationalis, secundum similitudinem imaginis: secundum illud Deuteronom. 32. 6. Nonne est ipse pater tuus, qui possedit, & fecit & creavit te? Aliquorum verò est pater secundum similitudinem gratiæ, qui etiam dicuntur filij adoptivi, secundum quod ordinantur ad hereditatem aternæ gloriæ, per munus gratiæ acceptum; secundum illud Rom. 8. 16. Ipse spiritus reddat testimonium spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Si autem filij & heredes. Aliquorum verò secundum similitudinem gloriæ, prout iam gloria hereditatem possident; secundum illud Rom. 5. 2. *Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.* Ita igitur Deus pater respectu creaturarum: respectu verò filij propriæ, quia filius Dei naturaliter habet quoddam singulare præ alijs, scilicet habere per naturam id quod accipit. In creatura filiatu invenitur respectu Dei, non secundum perfectam rationem, cum*